

Sacra Cesarea Maiestas.

Litteras Maiestatis ^{V^{ae}} nunc primum ab III^{mo} marchione D. Francisco Gonzaga recepi. Nam et ego ante paucos dies ab ecclesia mea Capuana comitiorum causa Romam veni: et orator Mai^{tis} ^{V^{ae}} Imperatorias litteras non ad absentem mittere, sed praesens praesenti dare voluit. Ago ingentes gratias M.V^{ae} quod me humilem servum suum, non solum verbis oratoris sui salutare, sed etiam propriis litteris honorare voluerit. Dabo operam ut tot benevolentiae signis a tanta Maiestate profectis ingratus non sim. Quidquid enim vel e excellentissimus orator suggesserit, vel ego per me intelligere potuero, quod M.V^{ae} causae faciendum sit, promptissimo animo exequi conabor. Deus Opt.Max.Maiestatem V^{am} Sacro Romano Imperio totique Ecclesiae Dei diutissime servet incolumem. Romae, die 29 aprilis 1605.

¹⁵ M^{tis} ^{V^{ae}} Cesareae

(propria manu) humillimus, et deditiss^{us} servus

Robertus presbyter Card. Bellarminus.

Staatsarchiv. Vienna. Hdschriften W.290 (auc 595) v.11.

Epist.famil. XLIV avec date 1605.